

314.

1333, *Gennajo* 18. — *Catavere*.*Stesso a Jacobello Cornaro armatore d'una galea.*

Quod fiat gratia nobili viro Ser Jacobello Cornario armatori unius galearum Armenie, dato pro caduto apud Catavere, per capitaneum dictarum galearum, de Libris CC. pro panatica, que sue galee defecit pro tribus diebus secundum ordinem quam non potuerat ad plenum recuperare in Ajacio propter conditionem loci, sed in Famagosta ad plenum et ultra se furnivit, etiam pro caseo non dato una die curme sue predictae galee, quod considerata condicione facti et quia defectus evenit non sua culpa, ymo propter conditionem loci in quo vectualia non poterant haberi ad sufficientiam, absolvatur a dicta pena; licet Catavere dicant quod datus est eis pro caduto per Capitaneum, et quod non possunt dicere aliud nisi quod solvat. [V. 18, t.^o]

315.

Stesso a M. Zane per aver portato due colli di Pepe.

Quod fiat gratia nobili viro Ser Marco Çane armatori unius galearum Armenie incurso ad penam Sold. XX. grossorum pro duobus colis *piperis* caricatis in sua galea per famulum Ser Marci Quirino et ultra tenorem cedula Capitanei, quod consideratione facti non fraudelenti et quia famulus per errorem non accepit buletam nisi de colis decem et octo et debebat accipere de viginti colis, absolvatur a dicta pena licet Catavere dicant quod non possunt dicere nisi quod solvat; et Capitaneus dicit quod cum dedit pro caduto astricto per suam comissionem: et quod gratia sibi fiat considerato quod galee non habebant suum plenum. [Id. Ib.]